

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opusculum de sagis ma//leficis Martini Plantsch concio//natoris Tubingensis

Plantsch, Martin

[Heilbronn], 1507

VD16 P 3201

Errata

[urn:nbn:de:bsz:31-299197](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299197)

IO. HILTEBRANT AD LECTOREM.

Habes candidè lector opusculū hoc de maleficis pulchrum, utile, acre, sublime, in quo cernis, nō uenustatē, non lucem, non deniq; uerborum mundiciam, sed rem ipsam stilo perquā plano & perinde quasi uulgarior, scite subtiliterq; in mediū esse productam. Maluit enim doctus ille theologus Martinus Plantsch ipsius illius author, multis & præcipue sacerdotibus, quam paucis utpote disertis, facilem ostendere uiam, qua possent iners ac errabundum uulgus a uana ista sagarum credulitate auertere. Ceterum nec uncis naribus indulgeas rogo, si forte fortuna errores quosdam pauculos ex literarum ac syllabarum inuersiōe transmutatione ueneris. Nam huic malo nec nostrum nec hominis est remediū adhibere, quippe uix fieri potest ut non interueniant huiusmodi labeculę. Neq; uolumus nos ab industria quæpiam ita remouere, ne quid ipse querat, dū illi omnia parata quęsitq; ex officina nostra depromamus. Proinde hoc te non moueat, si cetera non refragantur, sed equo aīo cōmunē sortē feramus, & offendis cula quę effudit librarius, ipse tibi castiga. Nos aliquot infra notauimus, cetera tute deprehendes. Vale.

Folio primo in epistola Henrici Bebelij male ponit uerbum mereri cum diphthongo œ, cum inquit, pricipem locum mereri uisus est

Fo. iij. hanc ueritatē clare pdicauerint pro pdicauerint
Fo. iij. si auersio est auerteritis uos &c, pro, si auersione auerteritis

Fo. xv. sed hec esse laqueos & insidię antiqui hostis, p insidias

Fo. xxiij. ut palam fuit an' diligatis eum, pro palam fiat

In plerisque locis poenitet, poenitēs, poena, male sine diphthongo ponuntur

In quibusdam locis nomen diabolus male scribitur sic dyabolus, nam græcum est διαβολος diabolus

Fo. xxxv. In minima deficientes, pro minimo

Fo. xxxvi. ostensio quæ nec diabolus, pro ostenso

Vbiq; nomen Elemosina pentasyllabum ponit, cū ita scribendum sit eleemosyna, quod græca literatura ostendit hoc modo ελεμοσινη latinis literis eleemosyna, neq; illud contemnendū esse scias bone lector Nam græcorū autoritatem in omnibus pene sequi solemus teste Prisciano uolumine primo & item. xiiij.

Fo. xxxix. quia rithmatica pro rithmatica

Peripsema reperies, caue ne legas peripsima, quæ admodum imperiti In epistolis Pauli. i. ad Cor. iiij. legunt, ex græca enim lingua emanauit περιψημα peripsema.

Phytonissa ubiq; positum est & id arbitrato meo minus bene, Mallem ego (si mihi liceret sententiam meam iter ponere) pythonissas appellare, quas permulti phytonissas uocant. Nam a pythone uidetur esse deductū, quod græce scribitur πύθων python Inde pythia apollinis laudes dicunt.

Phorce in ædibus Thomæ Anselmi impēsisq;
Sigismundi Stir ciuis Heilprunnensis Anno
septimo supra. M. & D. post christi natalem
mense Ianuario.